



**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

De duodecimo, quod est in omnibus necessitatibus præsto esse. num. 46.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

tu, ut non animum expirasse, sed dormire videatur. hæc Trapezuntius.

De duodecimo beneficiorum generere, quod est in omnibus necessitatibus praesto esse.

46. **C**VM ad hoc genus reliqua Deiparae in homines beneficia, quæ superioribus beneficiorum generibus non comprehenduntur, generatim spectent; atq; adeo propter eorum multitudinem, ac varietatem, breui compendio concludinequeant: idcirco ne plus æquo in ijs recentiendis ita moremur. Lectorem remittimus ad ca. 20. & ad peculiarem tractatum de Exemplis, & Miraculis Dei paræ in calce operis collocatum, qui totus ferè in eiusmodi beneficijs enarrans versatur. Cæterum, vt ex uno saltem de alijs coniecturam faciamus, libet in p- sentia exemplum quoddam subiçere ex Abbas Palladij narratione in Prato spirituali Sophronij c. 75. in quo Deipara commendatam sibi familiam insigni miraculo est tutata. Erat (inquit Abbas Palladius) in Alexandria vir quidam fidelis, religiosus valde, & misericors, & hospitio

*Traditu  
de Mira-  
culis.*

*Sophron.  
Commen-  
data B Vir  
gini due  
mulieres,*

per eandē suscipiens Monachos. Habebat autem  
abinstanti uxorem, & ipsam humilem valde, & ie-  
necis peri- iuantem quotidie. Erat autem illis & fi-  
culo libe- liola quasi annorum sex. Quādam verò  
rantur. die vir ille pius profectus est Constanti-  
nopolim. Erat enim negotiator, Relictis  
ergo domi uxore, & puella, & uno seruo,  
abijt ut nauigaret. Cum verò iret ad na-  
uem, ait ad illum uxori: cui nos commen-  
datos relinquis Domine. Respondit vir  
eius, Dominæ nostræ sanctæ Dei Geni-  
trici. Die verò quadam cùm sederet uxori  
& operaretur, habens & puellam secum,  
seruus ille ex suggestione diabolica vo-  
luit necare dominam, & eius filiam, &  
diripere quidquid haberent, & fugere,  
sumpto igitur ex coquina cultro perre-  
xit in triclinium, ubi erant ambæ. Cùm  
verò venisset ante ianuā cōprehensus est  
cæcitate, ita ut neque in triclinium in-  
gredi, neque ad coquinam reuerti pos-  
set. Cùm autem una fermè hora persisti-  
sset, frustraque conaretur ingredi, cœ-  
pit vocare dominam suam, dicens: Veni  
hucusque. Illa admirans quod in medio  
ianuæ persistens ad illam non ingredie-  
retur, sed clamaret, ait illi: Tu magis huc  
veni: ignorans quia cæcitate teneretur.  
Puer autem cœpit illam adiurare, ut iret  
propè illum: Illa verò iurauit non se itu-  
ram.

ram. Tunc ait illi: Mitte vel puellam; quæ noluit, sed ait: Si quid vis, ipse potius veni. Videns autem seruus, quod nihil potuisset agere, se ipsum gladio percussit, & corruit. Domina vero illius cum vidisset, quid egerat clamauit: continuoque vicini accurrerunt. Ingressi sunt autem, & ex officio Prætorij nonnulli, puerumque reperientes adhuc viuum, didicerunt ab ipso omnia, & glorificauerunt Dominum, qui ostenderat miracula, & matrem saluauerat  
cum filia. hæc in Pra-  
to spirituali.

M 5 CAPUT